UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Ordinariis Collatoribus. Tit. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-62028

Visual Library

TITULUS IV.

De Ordinariis Collatoribus.

SUMMARIA.

1. *Qui ſunt Ordinarii Collatores de jure Communi.*
2. *Qui ſic appellari poſſunt.*
3. *Qui hac in materia Ordinariorum appellatione veniunt.*

1 DE Jure Communi *Ordinarii Collatores* ſunt: *Epiſcopi ſeu Archiepiſcopi*, qui in collatione Beneficiorum (quæ eſt eorum quædam libera conceſſio,) ſuæ Diœceſeos fundatam habent intentionem. *Garc. tract. de Benefic. part. 5. cap. 4. num. 4.*

2 Appellari tamen *Ordinarii Collatores* poſſunt, qui ſuo jure conferunt, ſive id habeant à Jure, ſive à Pontifice, ſive à Conſuetudine; licet non habeant Juriſdictionem Ordinariam. *c. poſtulaſtis, c. accedens, c. cum noſtris. de conceſſ. præbend. not. in c. Ordinis. de Offic. Ordin. & c. ſi ſolâ de conceſſ. præbend. in 6. Gloſſ. in Clem. 1. ut lite pend. verb. Ordinarium & ibi Imola & Cardin. qu. 14. & Gloſſ. in Extr. Execrabilis. §. ſtatuimus verb. Ordinario.*

3 Unde in materia hac Collationis appellatione Ordinariorum veniunt, non ſolum Epiſcopi, ſed & Capitulum, aliique Prælati Inferiores, ſive ſint Sæculares, ſive Regulares, facultatem præbendas conferendi habentes: *d. c. poſtulaſtis. 15. d. c. accedens. 14. d. c. cum noſtris. Decius in c. poſt ceſſionem. num. 7. de probation. Rebuff. in concordat. tit. de collation. §. 1. verbo Ordinarius Collatores. Flamin. Pariſius de reſignat. Benefic. lib. 1. qu. 9.*

Sed quia Beneficia, uſu, non jure, vel ſunt *præbenda & Dignitates*, ſive Eccleſiarum *Cathedralium*, ſive *Eccleſiarum Inferiorum*, quas vulgo vocamus *Collegiatas*; vel ſunt *Beneficia*, quæ Collegii nomine non cen-

ſen-

ſentur, ſed ſonant, ut dicunt, in nomen *Rectoriæ* vel *Capellæ*, vel *Prioratus*; diſtinguendorum judicamus. Et quidem tribus poſitis caſibus. Quorum *primus* erit de *Præbendis* & *Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium*; *Alter* de *Collegiatarum Præbendis*; *Tertius* de cæteris *Beneficiis*, ſeu *Præbendis*, quæ nomine Collegii non veniunt: Idque *vivo Epiſcopo*, vel *mortuo*.

TITULUS V.

De Præbendis & Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium.

SUMMARIA.

1. *Ad quem Præbendarum Eccleſiarum Cathedralium pertineat proviſio, controverſum.*
2. *An ad Epiſcopum, & quomodo.*
3. *An hoc etiam obtineat in earum Eccleſiarum Dignitatibus.*
4. *Quid ſi Epiſcopus & Capitulum concordes ſint.*
5. *Quid ſi diſcordes.*
6. *Allegans diſcordiam quomodo debeat probare.*
7. *Quando valeat Collatio facta à ſolo Epiſcopo &c.*
8. *Quid ſervetur moribus.*

DE *Beneficiis*, & *Præbendis*, & *Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium* eſt *caſus primus*

Controverſus: Variæ enim circa earum proviſionem ſunt opiniones. 1

Prima eſt; Eam pertinere ad Epiſcopum cum conſenſu Capituli. *Compoſtellan. ad c. cum Eccleſia. 3. de cauſſ. poſſeſſ. per c. ea noſcitur. de*